



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 190. Qui erat propter seditionem quandam factam in civitate, &
homicidium missus in carcerem. v. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

§. 190. Quierat propter seditionem quandam factam in civitate, & hominem missum in carcerem. v. 19.

Duo assignat in Barabba prædicata; unde magis appareat oppræssio Christi iniqua, nempe culpam seditionis, utque ad homicidium progressæ in turbulentio capite Barrabbæ, & pœnam istius culpæ, nimium missionem in carcerem, tanquam indomitæ feræ, quorum neutrum, erat in Christo, qui & innocuus erat, & recens captus, quasi per furorem, nondum ad carcerem erat damnatus. Iste tamen tali duplii labe infamia huic utraque carenti suit comparatus, immo postponebatur, ut pejor.

O Domine, quomodo tractant te peccatores? & hoc in pridie summi totius anni festivitatis paschæ, in quo omnibus modis justiciam sedata debebant Iudei: sed fiebat tunc, quod etiam nunc multi homines conqueruntur fieri, nempe quanto maius festum imminet, tanto diabolum magis in prævio die furere & turbare. Erat ergo vere, ut Christus dicebat hora peccatorum & potestas tenebrarum; erat tempus quo dudum præfiguratus agnus Dei per typicos agnos palchales debebat immolari & iuxta Exodi. 12. Caput cum hædo componi hic dimitti, ille occidi in ligno domus. Consolare Domine, consolare propter redemtionem totius mundi in te fientem; ista tua comparatio, & depresso ista parat exaltationem æternam salvandorum, etiam tuā super omnia quæ sunt in celo & in terra.

Da oro & mihi, misericordissime Domine gratiam patienter ferendū quando contemnar aut parvifiam, cum mihi tanta ignominia, quam ibi irrogata est, nunquam inferri queat: & ego peccatis meis ignominiam omnem mihi illatam, promeruerim centies.

§. 191. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum, v. 20.

Quidquid clamarent Iudei, ut eis dimitteret Barabbam; satisne iterum adhuc volebat Pilatus causam Christi innocentis; unde iterum locutus est ad eos, quasi non intellexisset turbulentos occlamatores, revera volens extorquere aliam petitionem contra primam eorum petitionem, ut posset cum bona iniquorum venia dimittere Iesum & esse bonus politicus, supra modum admirans, quomodo Iudeorum populus; & maxime principes ita truculenti sunt, ut cum nulla in Christum ethicæ, ne quidem per speciem causa inveniatur, tam turpiter eum occidi postularent, nec ullo modo tam celebrem populi diritti benefactorem, nihil enim Pilatus ab illis audiebat præter cassa & vacua rebus verba odii, furoris, & detractionis, quasi diceret: cum fuerim tantum ab hoc judex constitutus, ut nocentes, panificiam, innocentem defendam; ego hunc innocentem defendere cogor, & rogo, ex deinceps meijure, lege, & potestate dimittere,

O Pilatus,